Kobilenski Christophori: Variorum Epigrammatum ad Stanislaum Rozimontanum libellus.







CHRISTOPHORI KOBILIENSKI, EQVITIS POLONI,

VARIORVM EPIGRAMMATVM AD STANISLAVM ROZIMONTANVM LIBELLVS.



CRACOVIAE,
LAZARVS ANDREÆ EXCVDEBAT.
ANNO DOMINI,
MDLVIIJ.

STANISLAO ROSIMONTANO,

CHRISTOPHORVS KOBYLENSKI. S D.

Ter me Sol adijt gelidæ ſub frigore brumæ,
Terq; ſuum tacto Piſce peregit iter.

LOquar nempe Ouidianis uerbis: vt te poſtremo Cracouia diſcedentem in Ruſsiam videram, hoc tanto tempore omnino nihil mihi à te literarum datũ eſt: cùm ratio earum mittendarum haudquaq; difficilis fuerit. Nihil aliud exiſtimo quàm te penitus noſtri oblitum eſſe: atq; priſcæ conſuetudinis illius. Tu ne idem de me eſtimes, mitto ad te non modò literas, ſed et nugis qualibuscunq; noſtris te impartio: mitto ſczt Epigrammata quædam, ac fabellam cui titulum indidi MEtamorphoſeos paruuli ac puellæ. Quid inquies huc impulit, ut me ijſce occupatiõibus dederim? Dicam equidem. Cùm me Theologiæ totus idq; ab adoleſcentia dediſſem, nimirum et ſæuerioribus ſtudiis nonnullis, ut tumet ipſe noſti: quò has curas mollioribus ijs ac hilarioribus ſtudijs temperarem, ſicq; languentem animum exuſcitem, monitus ſum à viris doctis quibuſdam ac grauibus: quibus ea in re libenter parui: ita tamen ut non multa cura id ſim ſecutus, ne nos opineris laudis & gloriæ ergò hæc ſcribere. Vel hoc ipſum nos ſœpenumero

 excita-

excitabat: cum uidissem complures nobiles iuuenes qui exoticis regionibus reuersi, primùm magnam spem literatis uiris de se præstitêre: postea uel negligentia uel ambitione quadam barbarica effectum est, ut illa magnifica de ijs expectatio euanuerit. Ambitionem dixi id efficere, quia nosti quàm exquisitior literatura sœpenumero temnatur ac rideatur: hîc præsertim à nobilibus: sed fermè ab ijs tantummodo quibus aliud nihil est VIVERE quàm BIBERE. Proinde ego qui uanas reprehensiones contemnere iam dudum assuetus sum, libenter exemplum alijs præbui eadem faciendi. Si nunc nihil profecero at fortasse futurum est, ut in ea re non perdam operam: sin minus non multum nos mouet iactura laboris non nimis exquisiti.

Tu interim benè ac feliciter Vale.

AVTOR CANDIDO LECTORI.

Delicias teneri si non tibi dabo Properci,
　Oraúe non refero mollia Calimachi:
Si veterisq; sales & nec tibi nostra Catulli
　Musa feret, quales Maxima Roma probat:
Quæ si fortè velim fugerent mihi verba canenti,
　Inter tam multos hicce repentè Notos
Inculco at sedulo Lector pietatis amorem,
　Et studium recti est hæc mea Calliope.

AD AVTOREM CANDIDVS LECTOR.


OCIA DANT VITIA.

Quem ſocci rigidum culti finxere Terenti
A' vero quæritur non aliena PATER.
Ocia nimirum vicijs alimenta ſerendis
Subijcere, inq; ſuo cuncta fouere ſinu
Hinc rerum Dominas patrijs cum legibus Vrbes,
Colla peregrino ſerua dediſſe iugo.
Hinc lecti ſocia viduatos parte maritos,
Cum mœchis iuſtas conſeruiſſe manus.
Hinc gremio abductas Matrum fleuiſſe puellas
Transq; caua, vectas cærula ſalſa, rate.
Hinc quoq; Vertumno magis eſt mutabilis ipſo,
Arctois populus qui colit arua, iugis.
Hîc etenim moles Italos, Gallosq; feroces
Et cultum inuenies diues Ibere tuum.
Hîc penes imperij quos eſt Auguſta poteſtas,
Teutonici cernes pallia curta ſoli.
Ergo nimis ventis tua agit ſors vela ſecundis,
Pars Clarij iuuenis magna futura chori.
Ocia blanda ſuis quem non cœpêre venenis
Mobilitas animo nec placet ulla tuo.
Nam canis Aonijs dum carmina digna Camœnis
Caſtaliæ & ſtringis fila canora lyræ,
Nulla tibi cura eſt nugas ſectarier iſtas,
Sed pectus ſtudijs excoluiſſe bonis.

 Sic gradere

Sic gradere & cœpto decurras tramite felix,
Phocidos & pergas labra rigare uadis.
Sic tibi Phœbea contextam fronte corollam,
Mœonides nutu non renuente dabunt.

IN ARMA EIVSDEM AVTORIS TOTIVSQVE KOBYLENIÆ DOMVS.



Ocia uana animos uincunt & corpora frangunt:
Vincere quæ clypeus turrifer iste monet.
Et temerè hîc postes aliquis ne credat abesse,
Cobiline cernis grandia gesta Domus.
Turribus inclusos hostes domuêre feroces.
Cùm superant celeres mœnia celsa nimis.

Atq; suis

Atq; ſuis præbent aditus, vt diripiantur
Hoſtis opes, turres, tecta ſuperba, Dij.
Vt quoties factum noſcas hæc trina docebit
Turris, tu modò fac ſub tria cuncta re fer.

IN STEMMA NOBILIS ET HONESTE MATRONÆ SOPHIÆ MATRIS CHRISTOPHORI KOBYLENII CARMINVM AVTORIS.



Vndique cùm Solers pacem Siſmunde Polonis.
Rex facis, ac hoſtes prælia nulla mouent:
Impetibus tantis præcluſa occaſio magna,
Quis celebris domus hæc utilis atq; fuit
At pater oṁipotens homines mundũq; gubernans,
Cobylinos cauit ne ocia craſſa premant.
Cœleſtem iuſsit patriam mox ecce tueri,
Fœmina cùm domui huic ſydera tanta tulit.
Si matris pietas Chriſtophore firma manebit,
Clarior hoc gemino ſydere ſemper eris.

M.G.P.

QVAE MVTATA VEL PRAE-
TERMISSA, sic substitues.

In uitæ humanæ miseriã tertium carmen sic lege

Clarus honore manes sic aurea cõpede vinctus

In Epitaphio Macieiouij post sextum carmen interpone.

Tempus erat fateor quo populo gratus habebar,
Non sat non hæc sunt inficianda mihi.

In tumulum eiusdem sic lege

Rex tumulum hoc posuit, mœrens. &c.

EPITAPHIVM FRATRIS ANDREÆ Puerulí.

Quò tenello quò rapiens sub æuo
Parca sic aufers fera proh puellum
Cur quies dura & faciem serenam
Carpis & artus.
O genus durum Stygij tonantis
Parca, sic hortis tenuis repentè
Flos cadit, quem fors Boreas nitentem
Flatibus aufert.

IN COMMENTARIA IVLII CÆSARIS.

Perlege Lector opus, bella & quæ scripserat olim.
Ille animo præsens & pectore fortis Iulus.
Splendidus, hic acer fuerat, nitidusq; potensq;
Eloquio: nec sic voluit temeraria bella.
Vt quidam censent, animo nec sicce cruentus.
Hunc nisi regnandi tenuisset dira cupido,
Gloria nempe viri non sic infracta maneret.

CHRISTOPHORI KOBELINSKI, EQVITIS POLONI VARIORVM EPIGRAMMATVM AD STANISLAVM ROZIMONTANVM LIBELLVS.



In Imaginem Apollinis cum Paniſco decertantis.



Contra ineptos æſtimatores.

Hîc Satyro diuus teſtudine certat Apollo,
Vmbrifera & reſonans ſub quercu interq́ꝫ roſeta:
Aetherio campis paſsim flagrantia flore.
Palmam alij tribuunt Phœbo, ſed Carmina laudat
Nempe Mydas Phauni, Phœboq́ꝫ ſilentia mandat.

DEO VT QVAM SIMILES SIMVS, conandum est, Iuxta Platonis dictum.

NEmpe Deo similis, diuina uerba Platonis,
Vt uelis esse, monent isthæc præcepta tenebis:
Si fueris sanctus, sapiens, si mitis & æquus.

DEO QVO LITANDVM. Catonis dictum.

Ne credas placari Deum cum cæde litatur.

Qui cuncta creat, cædes odiosa perenne
Est illi, probat & nusquam crudelia corda:
Miti animo hunc places semper non mēte cruenta.

VITÆ HVMANÆ MISERIA ET SOLITVDO.

Ach quàm rara manent nostræ solatia mentis
Quàm uaria hanc uitam sollicitantq; mala.
Charus honor procul est, ferrato compede uinctus
Semper eris, si non sordida multa feres.
Tristius hoste nihil morosius est & amante
Penè nihil, rarus qui facilisq; fuit.
Solus eris spernens sociam tibi iungere uitæ
Vxor quid in te, respice iuris habet.
Mœsta domus nullo sæpe hospite uisa manebit,
Hospes nonnunquam pondus & ipse fuit?
Quid quòd uel uultus quæritur Rex ipse Pelasgum
Quod non sit liber Irus ubiq; iacet.

Agamemnon apđ Euripidem quæritur secū ipse sæuitiem multitudīs. qđ nō quo uultu uelit liceat ꝓdire ad multitudinē, sed nouos subinde, īuito. etiā anīo uultus fingere cogatur.

De virtute

DE VIRTVTE AMPLECTENDA.

Sis uirtutis amans summum manet illa bonorum:
Qua sine iucundam potuit traducere uitam
Nemo unquam: docti narrant Epicurus & ipse.
Multorum frangat nec te diuersa uoluntas,
Nunc uitijs locus est, uitiosa coluntur & illa
Laudantur: mœret uirtus post terga reiecta.

IN IMAGINEM STANISLAI OLIM EPISCOPI CRAC: A BOLESLAO

Rege crudeliter cæsi, ab alitibusq; reintegrati.



Quo'd monebas sæuum martyr uenerande Tyrãnũ
Premia pro meritis hîc capis ista tuis.
At non sic summo pietas est grata parenti
Mox quæ sequuntur uel ea signa monent.

REGIS PERSARVM DI-CTVM ALEXANDRO MACEDONVM REGI. Ex Q. Curtio.



Sæpius ut uolucris facilè petit alta uolatu
Si cui fors iusto pondere membra carent,
Sic leuitas animos tollit puerilis in altum.
IVDICIO MAGNI quam fugiuntq; VIri.

AD VICINVM QVENDAM MILITEM: *Quæ uera fortitudo.*

Posse timere nihil mentis tristissimus horror
Sæpe facit: sæuum sed posthabuisse timorem
Cùm ratio mandat fuerit pulcherrima uirtus.

De domo

DE DOMO IAGELLONIA.



Inclyta Sarmatiæ primus qui ſceptra IAGELLO
Forte tulit, gelida ut morte peremptus erat.
Octo uiſi reges ſuo ſunt de ſanguine nati,
Penè pater patriæ quiſq; putandus erat.
Regnandi quiſq; & dederat mitiſsima noſtro
Exempla æuo, nec cædis amicus erat.
At hodie rarus princeps uel ullus habetur,
Vexarit nullis qui ſua ſæcla malis.

HEROICA MANSVETVDO REGIS OLIM Poloniæ Iagiellonis in Prutenico Bello. Ex Ænea Syluio.

Prælia cùm quondam gesśit Rex fortè Iagello,
Quo nobis uictus tempore hostis erat.
Non modò tunc fortis medijs mansuetus in armis,
Sed uisus est etiam tum pia mente simul.
Nam cùm iam starent acies ad bella paratæ,
Collata & fuerant utraque signa simul:
Rex auidus cædis nullæ, sacrisq; moratus,
In multam pugnas distulit, ille diem.
Dumq; agit hoc, ueniunt hostis qui nomine dona
Sæua ferunt, domini tumq; ea iussa sui.
DVX noster cùm te cernit sic bella fugentem,
Sic cogitat Rex, fors arma deesse tibi.
Vel loca commoda, iam careas ne his ergo duobus,
Ipse loco cedit datque ea dona tibi.
Hæc scilicet dicens ternos ostenderat enses,
Nuncius, at quisque hic sanguine tinctus erat.
Talia Rex cernens lachrymas effudit amaras,
Demirans uani uerba superba ducis.
Profecto gladios inquit nullos desydero,
Hæc loca quæ teneo commoda suntq; mihi.
Sed tamen accipio quæ fertis nomine uestri
Dona ducis, nocet id si mihi nanq; nihil.

EPITAPHIVM SAMVELIS
MACIEIOVII EPISCOPI CRAC.

Præteris hæc quisquis casu bone busta uiator,
Fac precor in tumulum lumina flecte meum.
Hic ia

Hîc iaceo Præſul liceat quæ ſola referre,
Qui uerus Patriæ ſemper amator eram.
Mitis & ingenio, miſeris & ſæpe benignus:
Vnde aliquis dicit fors bona uerba mihi.
Nil populus moueat nihil inconſtantius illo,
Impetus hunc ſemper plus ratione mouet.
Qui ſi nunc quenq̃ tollit ſuper aſtra fauore,
Quem modò in aſtra tulit cras odioſus erit.
Vna licet maneat ſemper ſententia menti,
Et maneat probitas quæ fuit ante tibi.
Spretus erat Solon leges qui condidit olim,
Et pulſus quoties Alcibiades erat.
His Phocion fatis ceſsit, cum Socrate claro,
Quem patriæ primùm ſæua cicuta necat.
Exulat & patrijs vrbi modo charus ab oris
Dux, cui pars famę lingua benigna fuit.
Sic fuerat Cicero magnus, ſic Scipio quondam,
Sic uulgus claros tractat vbiqꝫ viros.

IN TVMVLVM EIVSDEM.

REX tumulum hoc mœſtus Auguſtus amico:
Virtute ingenio ſpecie clariſsimus Hæros.

IN TVMVLVM LVBRANICII EPISCOPI POSNANIEN: INSTAVratoris Academiæ eiuſdem urbis.

Hic ne iaces tandē PATRIæ qui VErus AMator
LVBRANCI fueras, mente & amica bonis.
Di tibi dent faciles ſub lucida ſidera greſſus,
O inter claros connumerande Viros.

IN IMAGINEM ORPHOEI
APVD IOANNEM A TARNOW
Sericea tapeta intexti.

Iſta decens ſpecies Thracum eſt de gente poëtę,
Dum queritur mœſtas dulci teſtudine curas:
Mitis amore tenens ſæuos modulamine Vrſos,
Robora perq; altas flectens viridantia rupes.
À quocunq; manet ſic mente vmbrata venuſta
Crede mihi magnus fuerat tumq; ipſe poëta.

IN TVMVLVM SIGISMVNDI
PRIMI REGIS POLONIÆ.

Sancta precor teneas ſuperûm Rex optime regna,
Qui placidus iuſti ſemper amator eras.

IN EVNDEM.

Te celebrant, doctûm Princeps monumēta virorū,
Quos modò Sarmatię hic īclytus orbis habet:
Qui veterisq; tenet Romę, ſequiturq; ſub axe
Eloquium gelido fors ea dona dedit.
Scilicet hic Orichouius, hic Samuelq; ſerenus,
Ore tibi placido tollit in aſtra uirum.
Quiq; Cromere uiros inter numeraris, amica
Quos tenuit Pallas, huncq; perire uetas.
Labra cui fors ſunt fonte & conſperſa Maronis,
ROYSIVS Petrus nempe canitq; uirum.
Et neq; te tacuit Princeps pia Muſa Simonis,
Et quos præterea eſt connumerare labor.

Eſt tamen



Est tamen hîc nemo meritos qui reddit honores,
Hæc tua virtus nam Rex venerande fuit.

AD ILLVSTREM VIRVM QVENDAM ET *in quosuis liberalem diuiſio æqualitatis Platonica circa iuſticiam diſtributiuam.*

Ex Aristote- Aequa fiunt quædam referam quæ crassa Minerua
lis lib:v,ca:iij (Quod narrant) doctus pensat Geometer ab arte
Estq; scōma ī Hæc propria hic referens equis pax mensis vtrisq;
eos qui nullū Vna equo veluti tum porcio bina camello
in distribuen Data fuit sic iam tribues æquale duobus.
do discrimen Aequa fiunt aliæ hæc numerum proportio recta
habent. Sæpe facit, duo des binis si tertia ternis
Dabis asello eadem si fors magnoq; elephanto.

DE TEMPORE IVLII ET
IVNII APVD NOSTROS IN POLONIA.

Nobile iam cœli sidus post terga gemellos
Sol pater hic linquit læti intrans mœnia Cancri
Hesperius solitos metuens nunc defugit æstus,
Et qui cognouit nunq̄ fera tempora brumę.
Atq; suis opibus fragrans nunc ardet Eous,
Cuncta at Sol nobis radijs collustrat amicis.
Pastor agēsq; greges nullas modo quęrit et vmbras,
Occinit at tenui compellens fronde capellas.
Per virides campos humili de rure puellæ
Lilia nunc crescunt, nunc & violaria passim,
Cœlestiq; micant iucunda rosaria flore.
Et modò pubescunt hîc Graio nomine flores.
Greka, Wrzos. Tilia nunc arbor lætos dispergit odores,
Septimus accepit nobis qua ab nomina mensis.

IN SVPERBVM.

Quid precor est quod sic fastu turgescis inani?
Esca venenatis anguibus alte manes.

Vt maneas

Vt maneas ſemper felix, fuge mentis amarum
Hoc vicium, talis nemo benignus erat.

IN AVARVM.

Dic mihi cur tantos nimium ſic cernis aceruos,
Cur animus tantum ſedulitatis habet?
Nil mihi reſpondes,quæ nam dementia mentem
Occupat? O^ miſer en totus auare furis.

DE FALSIS IMAGINIBVS
IN ARCE QVADAM.

Quo'd tantum docto licuit te pingere Apelli,
Iudicium Macedo laudo perenne tuum.
Vultus enim dictus noſtræ eſt cum mentis imago,
Falſo' refert mentem, ſi male' pictus erit.
At rarus vultus cuius depicta figura
Expreſſe' eſt uerum quæ teneatq; decus.
Hic SIGISMVNDI olim Regis vel ſpecta ſeniles
Vultus, qua'm falſo' talis imago dedit.
Quiq; tuos pinxit non eſt imitatus Apellem
Auguſte hos vultus: Sphorcia quiq; tuos.
Nec tua, narrant ut, princeps Ludouice iuuenta
Talis erat: non hic ſit bene' picta ſatis.
Athica et ingenio cuius eſt innata Venuſtas,
Fallaci picta es tuq; ISABELLA manu.
Scilicet hanc memoro Regis tibi nempe Sororem,
Inclyta nos inter qui modo' ſceptra tenet.



IN EFFIGIEM IVLII
CÆSARIS.

Pingeris

Pingeris hicce merè Cæsar fortissime Iuli
Fama volans mentem pingit & orbe tuam.

IN ODAS QVASDAM ERASMI ROTERODAMI.



Inclyta fortè nouem tumuerat Græcia cygnis,
Dulcis Apollo dedit quis sua plectra lyræ:
Pindarus est primus qui sic immitabilis ulli — *Pindarus.*
Est dictus, Flaccus ui fluit ille sua.
Tum Cæus lyra mihi lachrymabile carmen
Qui occinit, hunc sequit pectora dulce moues. — *Simonides.*
Scilicet & teneri quo oblectabantur amores
Bachilides mollis, Lesbius atq; simul. — *Bachilides.*

Alcmona.. Et Alcmana bonus tenero modulamine plectra
Anacreon. Qui ferit, hæcq; fuit Teia Musa senis.
Ibicus. Quiq; Cupidineas celebrabat carmine flammas,
Mirè vltus perit, at hic quoq; clarus erat.
Homerus. Sunt cui Mœonio labra & consperſa liquore,
Hoc referes vatem constituesq; loco.
Sappho. Tum cui & annuerant per mollia prata Sorores
Sappho à qua Lesbos nobile nomen habet.
Pindaricos cernes nunc viuere fortè labores,
Inclyta sed aliûm Musa sepulta iacet.
Quę minus ut doleas prodit tibi dulcis Erasmus,
Dum ferit Orpheo Carmina sacra sono.
Et cui nec certet moriens ad flumina cygnus
Pieridum sacras dum petit ore fores.

INTERITVS MEMORABILIS
NOSTRATIS CVIVSDAM EQVITIS nomine PHREDRO dicti.

Fortè cohors fuerat quædam temeraria nostrûm
Olim Tartariæ Barbara fusa manu.
Quę non expectans iussus, dum fertur in hostem,
Imparili numero sanguinolenta cadit.
Effugit equestri iuuenis tum sanguine Phredro,
Dictus, sed fugiens talia uerba facit:
Eheu per loca sic socio quæ sanguine manant
Hos fugiens hostes incomitatus eo.
Non ita non morte hic morte ocubuisse iuuabit,
Hocq; trahat super & tanta ruina caput

Hæc refes



Hæc referẽs Sciticum hinc agmẽ mox ense coruscus
Equo petit uersus, cuspide in torta fera
Sic dein & medios fertur moriturus in hostes,
Certamine & tanto hic hoste premente perit.
Qua te laude feram sic ô generosa iuuentus
Quem clades socium tanta dolore mouet?
O' celebrari etiam mens almo hæc ore Maronis
Digna fuit nimium, Meoniiq; senis.

IN TVMVLVM CLEMENTIS IANICII QVEM ITALIA LAVREA HONORAVERAT.

Hoc tumulo tandem Iuuenis clarissime dormis,
Os cui purpureum Musa beata dedit.
Inuida quæ

Inuidia quæ ingenijs durissima parca sororum est
Eheu quàm stygijs te citò mersit aquis.

DIVI PETRII LACHRYMAE
OB DESYDERIVM DOMINI.

Sæpe visus Petrus faciem tersisse verendam
A lachrymis, causam sicq; rogatus ait:
Nempe subit Domini quoties dulcissimus ille
Conuictus, vultus protinus imbre madet.
O requies grata & nusq̄ fucata voluptas,
Cum Domino semper uiuere posse meo.

IN IMAGINEM RA-
PTI PAVLI.

Quod uidet en raptus ter prestantissimus heros
O Iudæa Sion terra nefanda vide hæc.

IN EANDEM.

Hic furit in Dominum Paulus uerùm ecce repēte
Vas manat electum condita & orbe docens
O quicunq; grauis sis difficilisq; furenti
Molliat hæc animum nempe figura tuum.
Cernens errauit Paulus quòd diuus & ipse
Commouit in magnum tristia bella Deum.
Nil tam commune ut miseris mortalibus error,
Deuia sic hominum uita nefanda petit.

ILLVSTRIVM VIRORVM
DISCRIMEN A VVLGO.

In mala sit facilis lapsus, mare nempe colenti
Hoc uitæ

Hoc uitæ, rarus tenuit qui uela secunda.
Inclyta vita hominum semper perq; ardua scandit.

LIBERTAS TVENDA NISI QVIS SERVVM PECVS ESSE VELIT.

Cura tibi maneat pro libertate paranda,
Seruitus tristis nam tibi semper erit.
Omnia cum Phœbus radijs collustrat amicis,
Et te tum Boreas tum fera bruma premet.

VTIQVE MORI.

Quò tibi sedulitas uitæ quò cura molesta?
Insequitur celeri mors uiolenta pede.



DICTVM HORATII.

In uicium ducit culpæ fuga si caret arte.
Qui refugit uicia hoc dictum fac nempe memento
Flacci, sic medium cernens tutissimus ibis.

PERFER ET OBDVRA.

Perfer & obdura est semper patientia cunctis
Vtilis, hac sine non uiuere rectè potes.

AD STANISLAVM ROZI-
MONTANVM IN LAVDEM RVSCV-LI CVIVSDAM.

Cernitur nunc hîc uiridis per arua
Gratia & veris species amœna
Prata pubescunt varioq; nitent,
Pulchra colore.

Cloris & sacro capiti coronam
Induens ludit, fugiens susurrat
Amnis, & campis placido uolucres
Guture uernant.

Tu tamen Grachi studiosus urbem
Incolis, nunc huc properes quietem
Curis & captes; fugies strepentes
Rectius urbes.

DICTVM IOANNIS CHRI-
SOSTOMI DE IEIVNIO.

Parcere nempe monens epulis ieiunia dixit
Ver animi, Christi Sophiæ grauissimus autor;
Orbi inter primos patres positusq; Ioannes,
Sunt ea uera nimis uentris satiata libido

Est semper

Est semper tristis, morbi hinc per corporis inde,
Nostra inimica lues membra & tenuissima gliscit:
Atra putant cum te permulti bile teneri.

AD MEDICVM QVENDAM.

Cur mihi displiceant feruens tua pharmaca poscis
Cur ea uel prorsus sæua uenena putem?
Corporis educunt succos durissima semper,
Rectius ut possit tangere Parca caput.

IN IMAGINEM PIRAMI ET TISBES.



Ista figura docet qualiter mœstissima Tisbe,
Consequitur iuuenem Ditis ad ora suum.

Hæc ſpecimenq́ꝫ tibi miri monſtrabit amoris,
Cæcus amor nobis quid ferat ecce uides.

QVOS VERETVR ET QVIBVS PARCIT AMOR. Ex Luciani Dialogis.

Alloquitur paruum quondam ſic mater amorem,
Verba pharetratus reddidit hęcq́ꝫ puer.

VENVS.

Nate premis dic cur multos feriente ſagitta
Non etiam feritur noſtra Diana tibi?

CVPIDO.

Hæc celeri curſu ſyluas fugitiua pererrans,
Promptior eſt telis tunc mihi uiſa meis.

VENVS.

Cur ergo alligeras Pallas non extimet arcus,
Quæ colit haud ſyluas inſequiturq́ꝫ feras?

CVPIDO.

Nos quoniam triſti vultu ſæuiſsima pellit,
Et ſua tela gerit quę mihi nempe nocent.

VENVS.

Cur igitur Muſas puer & non pungis amœnas,
Quę nemini triſtes nec nocuiſſe uelint?

CVPIDO.

Me quoniam mater ſemper reuerentia tangunt,
Mentem tunc numeris dulce tenentq́ꝫ meam.

AD QVENDAM SVBMERGENDVM.

Ach miſer ach fruſtra ſuperos & ſydera clamor
Hic ferit, hei faciles non habet vnda deos.

De frigore

DE FRIGORE SARMATICO.

Iam Veneris mensis procul it Taurumq́ subintrat
Sol pater, & squalent sic obducta arua pruinis:
Frigore nec glacies sæuo durata liquescit.
Cumq́ alibi flores iam perhibentur amœni
Excreuisse diu uer atq redisse serenum.
Ach quoties poteris felix numerare beatum,
Fata benigna cui cœlo dant viuere læto.

IN TVMVLVM IOANNIS
KOBYLINSKI AVI MEI.



Quiſquis amas priſcas quas aurea ſæcula gentes
Protulerant viator, lumina verte tua hic.
Hoc tumulo poſitus poſt vltima fata quieſcit,
Qui fuerat tales inter habendus auos.
Ille tenax iuſti fuerat reuerentia diuûm
Et pietas animo grata fuitq; ſuo.

DE VERNO TEMPORE.

Triſtis Hyems abijt iam Ver & amabile mundo
Cum Zephirisq; uenit.
Formoſe & ſplendens iam Sol nunc aureus orbe
Omnia læta facit.
Nunc facies cœli, facies ſuauiſsima terræ,
Pectora dura fugat.
Fœlix qui coluit ſemper uiridantia rura
Simplicitatis amans:
Tot oculis cernens animo uoluensq; ſereno,
Quas habet orbis opes.
Regia ſacra dei naturæ dulce teatrum
Quodq; perenne manet.

DE VENERIS VOLVPTATE.

Hyppocratis dictum. Gel. lib.xix.cap.ij

Qui coitum morbi, turpe & meminiſſe, caduci
Hei ſpeciem dixit, minus hic dixiſſe uidetur:
Dum facit hũc odio, ſceleris quàm poſtulat horror.
Hoc fuge fac facinus fractas cruciabere uires
Corporis ac animi, ueneris mala ni fugis atræ.

In imaginem



IN IMAGINEM CVIVSDAM HEROINÆ ITALÆ DONO DATAM.

Qui decus hoc formę quondam uenerabile pinxit,
Crede mihi magno maior Apelle fuit.
O' facies mitis sic maiestate decenti
Lumine tum dulci quęq; colenda nites.

IN EANDEM IMAGINEM.

Quis decus hoc tantum potuit depromere uerbis
Quis laudes tantę dicere & Heroinę:
Ora Iouis non sic gessit sanctissima coniunx
Almo micat non sic Cypria vel lumine.

DIOMEDIS VERBA APVD MARONEM LIBRO vndecimo.

Commoda

Commoda quæq; ferunt uictori bella superbo,
Non malè uerba monent diui retinenda Maronis,
Quæ referunt uersi clari Diomedis ab urbe.
Perlege quæ sedulò sæpe charissime Lector.

DICTVM ANTONII DE LEVA PRINCIPIS CÆSAREI OLIM.

Multi Asiæ missum per flumina forte tyrannum
Dum quærerent (pulsus fuerat tunc clara Vienna)
Antonius princeps lusus fortuna iocosos
Quam pariat cernens immoq; argentea pons est
Hostis dum fugitat dixit statuenda sodales
Dixerat hæc quōdā doctus mihi fortè MElācthon.

AD AMICVM QVENDAM PHILOZOPHANTEM NATVRANE AN *positione fortuita nomina fiunt.*

Fortuitò fiunt natura an uerba creantur,
Spontè suo gestus veluti nutusq; uidemus
Corporis ab animo spontè mouente fieri:
Nempe sonis linguæ rerum depicta figura
Nonnulli certant: sophiæ doctissimus olim
Sed sensit cultor mente uenire loquellam.
Et dixit fuerat quisquis SAPIENTIA SVMMA
Qui posuit sic RERū NEMpe VOcabula Primus.
Dixisset nunq̄ hic positu si uerba manere
Fortuitò credat poneret quoque stultus & ipse.
Quid mihi Pytagoras dices pronomina tandem
Fac cernas notat hęc scribens & Gellius autor.

Dum profers

Dum profers TIBI TV Vides porrecta labella,
MIHI SIBI EGO dum labrū ſpiritumq́ꝫ retractum:
Sic dum pulchra fero placidum tum mite ſonabo
Protulero bonus eſt æquus ſanctusq́ꝫ feroci
Num nam verba ſono cernas ſic ipſe relinquo.

AD TVMVLVM PRILVZII.

Qui curis tempus ſæpè impendebat honeſtis,
Quò patrię poſſet commodus eſſe ſuæ
Plurima ſic noſtrum nempe uolumina legum
(Confuſa hæc fuerant) lucidiora fecit.
Hoc tumulo poſitus cumbat poſt fata IACOBVS,
Hoſpes dic ſuperas vt teneatq́ꝫ domos.

AD BELLI AMATOREM.

Te Bellona tulit puerum te Parca maligna
Bella ferus quiſquis ſanguinolenta cupis.

IN LIBELLVM DIVI PIERII VALERIANI MARTYRIVM ſancti Ioathe continentem.

Hic Ioatham pectusq́ꝫ uiri pœnamq́ꝫ ſtupendam
Almo Pierius uerſu canit inclytus heros.
Hinc abeant vates craſsi menteſq́ꝫ prophanæ,
Diua pagina manu teneatur nulla maligna.
O vox ô numeri docta ac ô verba piaq́ꝫ
O decus ipſe uirum hæc vates quos continet ætas.

IN TVMVLVM REGINAE *OLIM POLONIÆ BARBARÆ.*

Hic iacet Auguſti Regis pulcherrima coniux
BARBARA, nata fuit quę RAdiuila domo.

Pręteris at isthæc tu qui monumenta uiator,
Fac dicas cineri mollia verba suo.

AD VIRGINEM QVANDAM PALATINI FILIAM SERTA DONATA.



Donum virgo cape mitis mente atq; tenella
Lilia permista hęc blandè rubenta rosa.
Atq; decus formę nunq̄ reparabile cerne,
Quàm pereat facile quàm breue semper erit.
Forma caduca perit tum dulcia membra iuuentę
Purpureæ subitò ac quæ intuere genę.
At animus manet hic vultu qui lucet amando,
Pectoris atq; bonum quod tibi semper erit.

Ad eandem.

AD EANDEM.

Flore ſic textam roſeo coronam,
Quam Venus mater Tyrio rubentem
Oſtro fecit, quam teneri calores
Murice tingunt.
Quò dari mandem cui vel ferendam
Cenſeam quæro? ach Sophiæ decentes
Serta nunc crines Sophiæ benignam
Cingite fontem.


IN IMAGINEM CAROLI V. CÆSARIS APVD IOANNEM COMITEM A TARNOW CASTEL: CRAC: *Ad uiuum expreſſam.*

CAROLVS hîc arte eſt depictus Apellea Cæſar,
Europe ſplendor qui manet vſqꝫ ſuę.
Qui dubitet celſam'qꝫ viri mentem'qꝫ ſerenam
Mite ac ingenium vultus hic ipſe docet.

DVCIS CVIVSDAM MOSCI CAPTI DICTVM MEMORABILE.

TARnouius princeps quãdam cùm cœpit hic arcē,
Quę fuerat Moſcis quondam celeberrima regnis,
Ex ducibus gentis capti duo fortè fuere,
Illius ad vultus ſit'qꝫ vt poſt terga reuincti:
Quorum vnus mortem trepidat proſtratus & orat
Viuere quo liceat mox quem ſic alter affatur
Cur trepidas nimium molles choreas'ne ſodalis
Huc ueneras ductũ? quondã hęc meditanda fuerant

Prælia tale ferunt ſors hæc duriſsima Martis.
Fortius hinc monitus fortunę caſus acerbæ
Ille tulit comes. Hæc victor vel ipſe ferebat
TARNOVIVS fortis lachrymis ſæpe profuſis.



IN IMAGINEM IOANNIS
COMITIS A' TARNOW CASTELLANI CRACOVIENSIS.

TARNOVIus pictus parua hîc eſt nempe tabella,
Gloria ſub gelido princeps clariſsimus axe.

AD SILESITAM QVENDAM.

VER ſequit̃ brumam poſt triſtia nubila phœbus
Reſplendet radĳs ſemper in orbe ſuis.
Poſt triſtes caſus mœſta & poſt tempora vitę,
Sæpe ſolet miſeris læta uenire dies.

Veteres



VETERES NON FVISSE ATHEOS.

AD MARTINVM ZIELENSKI.

Non ſic vt reris prorſus furioſa vetuſtas
Omnis erat nempe hís fuerit quòd notio nulla
Numinis: Ethnica non gens ſic eſt tota prophana.
Vel ea cerne precor docuit quę Thracius Orpheus
Vt credunt: quamuis Paulus teſtatur & ipſe
Id quod aio, magna & narrat patrumq́ꝫ caterua.
Quis facile referat quę de pio nomine docti
Inter cœcatas narrant non abſona gentes?
Verba tibi referam Thracij ſed pauca poëtæ

IPSE IOVIS DICIT Vates est totus ubiq;:
Vox Iouis at bonum summum signare putatur.
Et mox, principium, ortus rerum, vis vna Deusq;
Vnus, & omnipotens, Regali in corpore cuius
Singula ponuntur terra ignis vndaq; & aer.
Pene eadem inuenies diuini verba Maronis.
vi. Æneidum Hecq; Plato docuit Sophiæ celeberrimus autor.

AD QVENDAM MALEVOLVM.

Hic nitet in liquidis nũc splendor argenteus vndis,
Ostendit decus & tellus amœna suum.
Vt virides campos radijs & lustrat amicis
Sol pater, hic pasim rustica Musa sonat.
Adueniunt subitò mediæ sed tempora brumę,
Scilicet vt nempe hęc in loca tuq; uenis.
Sunt etenim temet fors & comitate sorores,
Barbaries, ruditas, mens fera, dura bonis.
Risus abest nisi quem uisi facere dolores,
Trux vultus sermo verbera, flagra, sonans.
VER nec mi te mouet nec te pulcherrimus orbis,
Nec Zephyri molles pectora dura fugant.

AD IOANNEM SOLKOWSKI ADOLESCENTEM.

Tendis ad eloquij Latij nunc nempe nitorem,
Ingenio præstans Musarumq; arte Ioannes:
Huc facient sacri sæpe hos & uolue poëtæ.
Quid quòd uel tegitur uatum sapientia chartis,
Quosq; putes nimium lusu fluxisse soluto,

Sæpe solent

Sæpe ſolent etiam nobis memoranda referre.
Carmina nunc cernas Naſonis nempe poëtæ,
Quîs canit inuerſas formas nugasq; iocoſas:
In ſpeciem aſt aper oculis qui ſacra prophanis
Cernit, uel Phaëton magnis vtq; excidit auſis.
Pica manet tenuit facies quem uana loquella:
Narciſusq; miſer ſemet quam perdit amando.
Et quæ fors fuerat magnum modo numen aquarũ,
Fracta animi molles ſubito uaneſcit in undas.
Blanda Diana tibi generoſi pectoris iras
Sic inducta docet tardas ac ire ſubinde:
Quosq; motus mentis, vis vel furibunda doloris
Exigit, & frenum quodq; immoderata cupido
Exitus vtq; ferat ratio poſt terga relicta
Triſtes, vis fuerit natura & quæq; furoris,
Diuino tibi commonſtrat carmine Vates.

AD FOEMINAM OLIM QVANDAM GENERE CLARAM ET MORIBVS HONESTISSIMAM.

Pulchra per arua uiſæ Charites nunc fortè ſorores,
Quarta veni terno hoc tu mea virgo choro.
Gratia ſis ceu das te ornatu hoc nigra videndam,
Membra venuſta licet candida veſte tegis.
Ô animus qualis ſuperis ſit miſſus ab oris:
Ô virgo roſeis conſpicienda bonis.
Quicquid agis mores ſpiras Generoſa benignos,
Felle procul pulſo & candida corda geris.

Ore dio

Ore dio tam non lasciuia turpis oberrat,
Quàm penitus toto pectore casta manes.
Nata quidem claro es virgo Palatino parente
Te genere at magis hic nobilitatq; animus.

AD EANDEM ÆGROTANTEM.

Vt pulcher languet nitidis hyacintus in hortis,
Quem nimiũ pluuiæ fors premit imber aquę:
Vtq; præmunt sidus uel nubila densa benignum
Sic mea lux fracta hîc sic mea uita iaces.
Me tenet vna domus tecum tumq; vno patrono
Ambo vtimur sæcli est qui decus hocce sui.
Præq; alijs tamen hæc credas mihi nulla putabo,
Cùm doleo uices chara puella tuas.


DICTVM SANCTI GREGORII PAPÆ NOBILITAS Generis sæpe parit animi ignobilitatem.

Sœpe decus mentis, dixit Sanctissimus olim
Præsul, disperdit Nobilitas generis.

AD HIERONYMVM MASAM *VENETVM IN LIBELLVM ANDREÆ ZEBRIDOVII EPISCOPI CRACOVIEN.*

Aspicis occipiunt Orphœo vt templa sonare
Cantu, quàm passim barbara corda gemunt.
Mens fera barbaries risusq; iociq; procaces
Pelluntur tristes mite leuamen habent
Lydio nempe sono nostra & cum pectora sedat,
Fors Ecclesia uel cum læto canitq; modo.

Scilicet ho c



Scilicet hoc etiam miror quod temnere poſsit,
Et riſu ſequi turba profana procax.
Hos reuocat doctus molli ZEBRZIDouius ore,
Et ſimiles Præſul impietate uiros.

REGIS CVIVSDAM DICTVM *HEROICI QVIDEM ANIMI SED IMPROBANDVM.*

Dum quereret magnus grauiter Rex fortè Senatu,
Iniurias proprio quas tempore fortè tulerat
A` populo immeritus quodam ſtultoq́ꝫ feroq́ꝫ:
Contemptu mœſtus tandem ſuper addidit an ne
Cenſeat hos iuſtis an non uindicarier armis?
Bella iubent multi, cenſet pars, nempe Senatus
Bella uetat: ſed uir quidam grauitate uerendus
Prælia ne tentes inquit mala multa mouebis,
Rectius iniurias ob publica commoda dones.

Audiretq; utinam Rex hic tum recta monentem,
Nunc socio nunq̃ maduisset terra cruore.
Posse ait at se Rex nunq̃ ludibria tanta
Ferre hominum: patererq; iocos tum scōmata sæua?
Hæc abijt dicens dimisso nempe senatu.
Ach mane quò properas quæ tam miserāda cupido,
Inuasit mentem, dubij sententia belli?
Quæ fuerit spectes, neuè omnia misce periclis.
VANI Hominū morsus linguę mihi crede peribūt,
Non noctis tacitę sic somnia uana silescunt.
Sic memor & domini semper mansueta iubentis,
Qualis & ipse fuit misero dum uixit in orbe.
Vt benè succedant cuncta ne garriat ullus,
Omnia tam sæuo miscebis minime tumultu:
Implebis uastum diris eiulatibus orbem,
Et paries sæuos, quàm dirum, sanguinis imbres.

EVRIPIDIS POETÆ DICTVM.

Iniqua uictis imperare non licet,
Quis sors dedit rerum potiri ac uincere:
Nec quîs secundæ res oportet fidere,
Easdem futuras semper ex sententia.

Fors quæmcunq; feret uictoria læta sub altum,
Fortunæ nimium strepitus redditq; ferocem,
Hæc teneas dulcis profert quæ uerba cothurnus.

ERASMI ROTHERODAMI DICTVM DE DOCTRINA CHRISTI.

Do-

Doctrina est Christi diuinus dixit Erasmus,
Naturam nobis olim quæ recta manebat,
Nunc norma ad leges priscas fors nempe reducens.
Gratiam & his addas domini nos erga benigni
Prensa repente manet tota & Philosophia Christi.

AD MARTINVM ZIELENSKI Ratio uitæ suæ.

Arbore sub uiridi tenui spaciabar in umbra,
Hesterno tecum sole cadente die.
Dum mihi quæ maneat quæris sententia menti,
Posterùm in uitam constituisse meam:
Et me prudenter dictis solaris amicis,
Quòd mea nō placidis it modò puppis aquis.
Auraq́ꝫ quòd mihi non placidi flet grata Fauoni,
Sed mihi perpetuò frigida bruma manet.
Di tibi persoluant grates pietatis amantes,
Sed ratio uitæ quæ cape sitq́ꝫ meæ:
Quò me fata trahēt nempe ac retrahētq́ꝫ sequemur,
Hæc ratio uitæ est, hæc uia nempe meæ.

AD FREDERICVM BONERVM TVM ADOLESCENTVLVM EXHORTATIO AD STVDIA.

Mite hoc ingenium condas mentemq́ꝫ serenam,
Musarum in gremio fac Frederice puer.
Artes ingenuæ fuerint si pectore fixæ,
Aspera corda fugant barbariemq́ꝫ procul.

AD MARTINVM BIELSKI AMICVM ET VICINVM.

Extrema in moribus damnat mediumq́ꝫ optat.

Ruſticitas olim nunc at laſciuia mundum
Occupat, hîc medium Belſce uenire uelím.
Tu medium ſpectas donans mihi nempe libellum,
In quo uis mentis ingenioſa latet.
Nam Comœdia te abs grauibus diſtincta figuris,
Et grauibus dictis eſt mihi fortè data.

IN LINGVAM ERASMI
ROTERODAMI.



HAEc LEGE dicendi febri quicunq; laboras,
Vel ſimilis morbus quemq́; perennè tenet.
Hîc paſsim cernas veterumq́; exempla uirorum,
Vtq́; ſuis poſuit ſcriptor hîc apta locis.

Ad quendam

AD QVENDAM ITALVM
ODE INSCRIPTA.

Spurca quòd linquis iuuenis claustra,
Nempe quæ Romæ fugantq; leges
Ibis & ipso metuensq; Gallo
Iudice quicq̃.

Torruit quamuis miseros hic igne
Lex reos lento cruciatus autor
Visa qua pene facie repente
Horruit orbis.

DE CAEDIBVS EIVS TEMPESTATIS PRINCIPVM IN ANGLIA.

Horrida terra Ducum fuso quæ sanguine manas,
Tristia quàm nostro sæclo spectacula dabas:
Dũ furit hinc populus dũ hinc suspiciosa potestas,
Non omnes meritò morti destinat acerbæ.
Hoc quoq; triste fuit cùm nescia sceptra IOanna
Temnere, spontè oblata ast ense perempta ꝓcumbit:
Illustris genere & clara & doctrina puella.
Hęc fert seditio misera ach sint sceptra quieta,
Si scilicet nimium ratio fors pertrahit vlla.

AD NICOLAVM PILECKI COMITEM A LANCZVT AVVM SVVM MATERNVM.

Post Boreas Zephyrus vide ut flet nubila Phœbus,
Post mœsta ut radijs splendet in orbe suis.

Post tristem brumam mox aurea tempora veris
Cernes, post casus lætaq; sæpe feres:.

FESTINA LENTE.

Facta subinde nocent, lentò properare memento,
Ardua si versas presertim & magna reuoluis,
Per gradus alta petis, per uicos itur ad vrbes.

VERSVS BOETII. Dilige iure bonos et miserere malis.

Est vbicunq; locus semper miserere maligno
Dumq; malos punis tum fac tua facta reuolue.
Si velimus semper dignos punire nocentes,
Hei proch à nobis primò incipiamus oportet.

SALOMONIS DICTVM, Vanitas uanitatum. &c.

Omnia vana manent serium nil permanet vsquam,
Sic abeunt frustra Sole nitente dies.
Fabula sunt hominum res, quę sub sole visuntur,
Illius hic orbis fitq; teatra velut.


EX PSALMO illud, Noli æmulari in malignantibus. &c.

Non precor esse velis similis peruersa sequentum,
Quos etiam si nunc vnus & alter amat.
Quem modo vidisti comitatum turba maligna,
Sic sæpe gramen mox fiet ille nihil.
Et plausu lætus nunc qui est ut ventus abibit,
Sic hominumq; fauor gloria vana perit.

PSALMVS DAVIDIS Beatus uir. &c. Cuius mihi sensum Eobanus intellexisse non uidetur.

Ille mihi felix durat nimiumq; beatus,
Quem ratio stulti nulla maligna monet.

Tum uarios



¶Tum uarios cernens hominum per deuia gressus,
Fallaci nunq̄ transit & ipse via.
Mens domini sed est leges meditata benigni,
Illorum & custos nocte dieq; fuit.
Hoc modo qui potuit sanctam traducere vitam,
Inter tot sæcli multa nefanda sui.

Ille velut fuerit ſiſtens ad fluminis arbor
Curſus, quæ folio plena virente nitet.
Illius at folium penitus non defluit ullum,
Perpetuò ſua ſed arbore nempe manet.
Vt arbor talis fuerit rariſsima terris,
Et adeo purus rarus et ille fuit.
Orbe etenim toto ſi nil tam nempe manebit,
Commune ut ratio ſæpe nefanda probans:
Nec paucis fuerat ſponte & ſcelerata uoluntas,
Recta uolens nimium turba puſilla fuit.
Et facilè miſeri ſemper proh illa probamus,
Quibus honos orbis ſtultus hic iſte dedit.
Dum pudet eſſe bonos ſceleratas inter Erinnes,
Sic hominum ſæui qui mala ſæpe colunt.
Dum retrahis mentem ratio ſtultiſsima vulgi
Vel duo uel nullus qui bona laudet erit.
Mors ferus & dum te uis ſic uelut ipſa propellit,
Illa etiam multis SAEVA TYRãnus erat.
Permanet ô non ſic ſcelerata ach turba per orbem,
Sunt ueluti puluis quem malè uentus agit.
Conſcia & ipſa ſibi ſub iudice nullo reſurget,
Sic ratio ſtulti ſic uia ſæpe perit.

AD QVENDAM MALEVOLVM.

Improbus es mendax tum nemini verus amicus,
Sanctior at uerbis qui foret ullus erat.
Dicere ſæpe ſoles non te amiſiſſe pudorem,
Sic certè eſt nondum nam fuit ille tibi.

Ad familia-

AD FAMILIAREM QVENDAM.

Bella moues ſemper ſi quem timuiſse uidiſti,
Martia ſic gerito prælia tutus eris.
VIS CONSILII expers mole ruit ſua.
Dum tumor ſeu mentem nobis puerilis obumbrat,
Cedunt munitæ quàm tibi Turca domus?

IN QVANDAM ERASMI ROTERODAMI PRÆFATIONEM.

Diuinus cędis iurè atq; hic damnat Eraſmus
Horum quę paſsim noſtram mittuntur in aluum:
Nam fuſo potuit qui ſanguine uiuere primus,
Cyclopum vaſtis fuerat nutritus in antris,
Quos nihil humani finxit tenuiſſe uetuſtas.
Ô crudele nefas, ach & miſeranda libido
Monſtroſi uentris, qui ſic mirabile diuum
Nempe opus ob'q; cibos potuit ſic enſe necare,
Expleat ut ſeſe: uidit & ſub morte gementem
Forte alium, trepidè & ſub vulnere ſæpe meantem.
At non talis erat quondam incorruptior ætas,
Naturæ uixit quæ conuenientius: ipſe
Vulgus quæ nollet ſibi, non fecerat ulli.
His ſimilis noſtro fuerat Rex inclytus æuo
India quem propior tenuit teſtatur id ipſum.
Qui uidit hæc nullum hic animal uiolare uolebat
Cùm pleriſq; alijs magna ac cum parte ſenatus,
Vt alia hic etiam nam tum teſtata ferebant,
À Rege Heſperio miſſæ Emanule carinæ.

DEVM MALE VELLE NEMINI, MARCELli Pallingenij doctis omnibus coherens sententia, ipse enim homo sibi est causa malorum. Quod de fine ultimo ut Philosophi dicunt, intelligendum est.



Hæc sentẽtia est contraria hæresi plasmeniæ quorundã de prædestĩatione qui dicũt in uitam, alios in mortẽ p̃destinari.

Est Deus in naturis rerum fons omne bonorum,
Infusus rebus, voluit qui cuncta perenne:
Vita manens, etiam mentis quę corpore numen
Nempe manet, summæ mentis miranda figura:
Quem si forte colis Dominum velut orbe tremẽdũ
Numinis hei cultor non es sed triste tyranni
Mancipium, Grais est qui suo nomine dæmon
Dictus: nempe docet melius sed ista Marcellus
Iudicioq́; grauis scriptor sanctusq́; magister.

Differentia

DIFFERENTIA HOMINIS ET CÆTERORVM ANIMANTIVM IN GRILLVM PLVTARCHI.

Quòd ratio maneat cunctis animantibus iste
Exiguus clarè at docet, tum vera libellus.
Forsitan at dices aliјs uiuentibus ergo
Quid homo prestabit vel quo diferre putabis?
ENS HOMO PERFectū est tenuis mūdíq; figura,
Cætera perpetuò sed non perfecta manebunt.
Est ratio brutis sed hac perfecta carebunt,
Perfecta at ratio debet sapientia dici.
DICAM Igitur homo fit semper sapientia viuens.
Preclaram speciem dices num perdidit ille?
Si manet haud sapiens nempe at sapientia cunctis
Fit data, est sapiens quiuis: collatio stultum
Sæpe facit, dicam, minor est collata maiori.
Sic quæcunq; manet res hic & fusca notatur
Nempe dies nubibus cum fit condensa serena,
Dicta foret, nimium vultu si Phœbus aperto
Sparsisset, nunq̃ post tristia nubila lumen.

SPE OMNES DVCI. Ex Ouidio.

Hæc Dea cùm fugerent sceleratas numina terras
In Dijs inuisa sola remansit humo. *De Ponto lib: .i. Eleg: vij.*

Spes tenet ut cunctos Nasonis verba poëtę
Commemorant, Lector quę quoq; chare lege.
Hæc liber ille tenet, qui tristè Acheronta mouebat,
Flebilibus numeris Barbaria in media.

VIVE PARI. *Eiusdem sententia.* *Trist: lib.iij, Eleg: iiij.*

 Viue tibi

Viue tibi quantumq́; potes prælustria uitæ,
Sæuum prælustri fulmen ab arce uenit.
Litore ab Euxino monuit fors tristis amicum
Naso, quò fugeret tecta superba procul.
Carmina Nasonis, sed quid proferre, beati
Prodest? Exempla id plurima nanq; docent.

AMICITIA HAC ÆTATE QVALIS. Ex eodē.

Illud amicitiæ quondam uenerabile nomen.
Prostat & in quæstu pro meretrice sedet.
Cygnea fortè tibi sacri querimonia uatis,
Voce refert, uulgi est qualis amicitia.

IN HISTORIAM LVDOVICI REGIS CÆSI DEPICTAM.

Sub sua iura trahit fortuna uolubilis omnes,
Et dubio inconstans itq; reditq; pede.
Nec licuit cuiq; uiuenti dicere, non sum
Talia passurus fata rebellis ego.
Aspice qui nituit sceptris LVDOuicus & armis,
Vt iacet in humili sanguinolentus humo.
Wladisl: Rex Vngariæ. Sic cecidit clarus quondam ualidusq́; iuuenta,
Huius qui inter connumeratur auos.

AD HONESTVM IVVENEM QVENDAM CONFVTATIO ADVERSATIUÆ rationis Philippi Melancthonis, qua Platonis argumentum de natura animi confutare se dicit illud: Quod est causa sui motus æternum manet. &c. Sic dans instantiam. Culex est causa sui motus, ergo est æternus. Sed hoc absurdum. &c.

MElancthon non bene refutat Platonē. Nempe mihi memoras docti quòd verba Philippi,
Dum refu-

Dum refutat magni rationes forte Platonis ,
Quam modò protuleras non erit instantia recta :
Nam quoscunq; solet ratio sic docta mouere ,
Illi morte tenent animans nullumq; perire.
Sic & apes memorans doctissima Musa Maronis ,
Cuncta ait hic prorsus nunq̃ peritura manere ,
Corporibus positis alto at succedere coelo .
Hæc modò abire fera hîc mentiq; obstantia mēbra,
Hæcq; putant quidam sub vltima tempora vitæ
Prescire & cygnos,dulci dum Musa senectam
Finire occipiunt, liquidis quos semper in aures
Audiri dicunt , Zephyrus si flauit amicus.

ALIVD EPIGRAMMA ad eundem de re eadem.

Natura est mentis talis quam dico per nullum
Hæc medium corrumpi potest, medioq; moueri
Nec poterit quoquam: Domini at nempe potestas
Quę vita est animæ vt medio hanc perficit vllo.
Hic medio abs poterit quorum vult tollere mentes,
Vel speciemq; iubet rebus nouamq; figuram
Pythagoras diuus nobis ut dixerat olim
Induere, aut modo tum arcano generare repentè
Hæc denuo: vt segetem semen res quas cernis vbiq;.
Vnde forent formæ ? hic res nisi vmbrata maneret
Semine in exiguo , sensim quæ crescit in altum ,
Mirere haud hęc multa manent vmbracula nostrũ
Quæ remorant visum . Quę si nõ credis & isthæc
Non ego te iubeo , tua sed certamina damno.

 De frigoribus

DE FRIGORIBVS HIC IN POLONIA.

Cras veniet nobis festum venerabile Marci
Et glacies proch sic frigore dura manet:
Ipse licet Sol iam celsas deuectus in arces
Dimidium Tauri post sua terga videt.

DE LEGIBVS QVALES ESSE DEBEANT AD QVENDAM.

Ille mihi placeant leges semperq; probentur
Nunq; humana tenet laxumq; vbi potentia frenum?
Aequatur grauis & curis fessusq; Senator.
Improbo nec scurræ per ganea cuncta volanti
Crede mihi semper nimium concessa potestas.
Quod mala multa dabit nec tantum mente cruētos
Vertet in exilium populi multosq; tumultus.
Dicas sed etiam quos nec stultosq; malosq;.
Augustus mitis toto qui prefuit orbi
Quas dederat turbas? Marcum concessit amaro &
Carnifici, debens more hunc coluisse parentis.
Nasonem exilio damnat tenet atq; benignum.
Si facit hęc talis princeps quid monstra putabis
Illa? at quod dixi scilicet discretio nulla
Suscitat in altum sæuam gentemq; vecordem
Frangit, magnaminis rebus natamq; gerendis.
O decus Euganeum pars & pulcherrima nostrę
Veneti. Europę, quoq; tu sæpe hic delinquis in vnam
Partem sæpius, & lex fit tibi ipsa Tyrannus
Longè manet melius partem sed linquere in illam
Principum vbi nimium fuerit disiecta potestas.

Græci poe-

GRÆCI POETÆ VERBA.

An non satis calamitosa erat per se gens mortalium?
At quid opus pestilens ut ipsi accersant sibi fatum uiri?

• Esse satis miseros per se tibi verba poëtę
Mortales dictant nempe at discordia crescunt
Res hominum aduersę mala tumq́ȝ in mente ꝓpensa:



OMNIBVS ETS TRISTE HANC *cœlicam linquere lucē.*

Mors grauis omnis erit quid ô crudele baratrum,
Quæris adhuc pœnas almi sub lumine Solis,
Vix vnquam uisa es saties vt tristia corda.

CVPIDO DEVS ALLIGER.

Instabilis calor est genuit quem cæca Cupido
Iudicio lecta at durat amicitia.

Non omnia

NON OMNIA POSSVMVS OMNES.

Dos sua sit cuiq; & velut vno in corpore membra
Dicimur hic omnes, quamuis diuersa: ne temnas
Quisq; alium, tenet hic quo tu fortasse carebis,
Ne ue gruem temnat semper Iunonius ales.

MALVM BENE CONDITVM NE MOVERIS.

Si mala fors fuerint alto iam mersa sopore,
Ne moueas tacito prẹteri & illa pede.
Quisquis inexpertus bellum sæuosq; furores,
Iam domitos reuocas, mente ea verba tene.

EVRIPIDIS VERBA PRO LIBERTATE.

Seruitus est semper miserrima
Fertq; præter æquum plurima,
Cura tibi maneat pro libertate paranda
Qua si forte cares semper iniqua feres.

HOMO BVLLA.

Natum hominũ genus hic dicas factumq; periclis,
Quã pariũt imbres sitq; homo BVlla VElut.
Alme pater rerum cuius est immensa potestas,
Hoc dubium vitẹ tu tueare mare.
Vtq; maris coelo lucens gratissima Stella
Soepe vias monstrat, pectora sicq; rege.



FINIS Epigrammatum.

METAMORPHOSEOS PVELLAE ET PARVVLI LIBER VNVS.

EODEM AVTORE.



Sceptriger vrbe fuit quadam ſæuiſsimus olim,
Qualis erat Siculis notiſsimus orbe Tyrannus
Qualia monſtra tulit ſæpe & clariſsima Roma
Sancta huic eſt coniunx, mitis, uultu ipſo benigna.
Quem dũ fortè uidet temnentem hominesq; deosq;.
Patrantem cędes fugientem iura fidemq;
Inquit, cur vexas ciues ſic hocce tumultu
Coniunx, num neſcis penitus qu a Rex es in vrbe?

Legibus hęc sueuit semper liberrima iustis,
ET FORTVNÆ LICET MINIMVM MIhi crede quod alta.
Tum cernas qualem sumatq; indignatio mentem.
Talia dum iactat studio prouecta monendi,
Admonitus recti, sæuam fert pręmia mortem.
Restat adhuc proles diuę similima matri,
Filia tenera adhuc natus tum penè decennis:
Hos etiam crudus fatis sufferre parentis,
Mente parat. tacitus cum mox tristissima prolem
Vmbra piè matris pariter cumq; ambo quierant,
Admonet ô mihi dicens charissima proles
Hêu pede iam celeri fugias fera tecta parentis:
Mors hîc certa manet, lęta at vos fata manebunt,
Si procul hinc aberis tu modo fac nate puellę
Regna fuge Circes: vixit tum pessima Circes,
Quę fuerit monstrat diuini Musa Maronis.
Nataq; chara mihi semper cùm vita manebat,
Inuidiam metuas, tum talia monstra per orbem.
Tempus erit cùm tu Regi nuptura marito,
Inuidię technas fors experiere nefandas.
Atq; hominum morsus cernes innoxia sęuos.
Hęc subitò dicens tenues vanescit in auras.
Ast illi trepidi surgunt & tęda relinquunt
Sęua procul, chare matris sic iussa sequuntur.
Iamq; ibant læti gaudent fugisseq; pericla
Regia, iamq; procul fuerant post terga Tyranni,
Cum veniunt pariter vasta in deserta locorum,
Flumen vbi transit tacitò per deuia cursu.

Et soror

Et ſoror eſt fratrem lachrymans affata tenellum:
Frater parue comes ſolę & iucunde ſororis,
Quę tibi prędixit mater ſęuiſsima Regna, hæc
Sunt Circes, noſtra at iuſſa hęc ſeruabis amica:
Omnia fac caueas ſiccam quęcunq; bibendo
Flumina ſeu amnes fontes vel dantur in aluum.
Hæc infecta facit Circes nam fortè uenenis.
Rectius ut carpas nunc hæc pendentia poma
Hęc dicens æſtu tum longo feſſa labore,
Arbore ſub viridi tenuem capit ipſa quietem.

SECVNDA NARRATIO FABVLÆ.

At puer incautus nimium ſimplexq́; pericla
Nil metuens triſtem haurit proch fluminis vndam.
Qui bibens teneram metuit cunq́; ſororem,
Ex homine paruum ſubitò mutatur in agnum.
Germanę ferit & tenuis clamoribus aures:
Sic nocuit Circes non tempeſtiua voluptas.
Mutatam ut vidit ſpeciem excita puelli,
Hei mihi exclamat mentem turbata puella:
Siccin'e iam mihi frater dilecte periſti?
Quę roſeiſq́; comas manibus laniata decoras,
More perennis aquę demittit lumine fletus.
Vt animus rediјt mox aurea cingula ſoluit,
Obuoluens colo fratris poſt terga ſequentem,
Tum ducens, vaſti tuta hinc loca quęrit & orbis:
Inſcia quò maneat nunc huc veniebat & illuc,
Donec ſic reperit lætumq́; & amabile ſolum:
Flumen vbi lento tranſit pulchra arua meatu,

Dulcia cœlesti vernatq́; rosaria flore:
Qui formosè micans gratos diflabat odores,
Plurimę & hinc ꝓdeunt teneris sub vitibus vmbræ,
Formosum latè Phœbo splendente per orbem.
Singula dum deamat frigus dum captat opacum,
Virgineasq́; rosas dum lętọ ac ore salutat:
Post tristes casus cernit radiantia longè,
Agmina, fulgentiq́; auro gemmisq́; decoris:
Quę propius sunt vt, metuens petit illa latebras.
Frustra fugit sed iam, Rex ipse hanc vidit euntem,
Qui cum fortè suo tunc hos petit equite campos:
Quam cùm fortè vidit sic Regia veste decoram,
Adueniens propius clamat, ne chara puella
Ne fugias, nostros virgo pulcherrima vultus.
Hæc pede sed celeri fugitat velocius Euro:
Non sequutę properant nemora in sic deuia damę
Sicq́; columba fugit nunquam trepidantibus alis.
At iuuenis maneas dicit:proficitq́; monendo
Dum nihil, igne calens valido se iactat ab equo:
Et trepidam sequitur celeri per arua volatu.
Dum sequitur Daphnin nõ sic properabat Apollo,
Quę Dryadas inter fuerat pulcherrima quondam.
Nunc nitet & arbor blandè virente Smaragdo
Nuncius ille Iouis nec Actea Regna reuisens
Inuenit haud tantas volitans subq́; æthera flammas.
Illa obliqua meat, veluti sub verbere turbo,
Inscia quo fugiat nunc huc properabat & illuc.
Dumq́; adeo properat, cursu virguncula victa est:

Protinus

Protinus & Regis manu detenta pudici.
Quam primùm ut tenuit vultus deflexit in illam,
Ac roſeas ſpectans dotes faciemq́; benignam,
Spem reparat mœſtę vanum pellitq́; timorem,
Alloquio miti quæ ſit vel quibus ab oris
Huc veneritq́; rogat, paruo poſt tempore tandem
Legitimo iunxit thalamo hanc & ſibi perennè:
Atq; ait ô chare ſemper coniugis habebis,
Nomen, cuncta te virgo & optata manebunt.
Quę modò nos ſumus tibi præſtare potentes,
At ea purpureo vultu demiſsa profatur,
Prēmia digna tibi ſuperi dent princeps amande,
Orphanam ut qui me ſic & humilemq́; puellam,
Mente pius tractas miſeris & nullis acerbus:
Dicta precor ſed hæc facilem demittas in aurem.
Quem vides paruus ſocius vię & vnicus agnus,
Fortè fuit quondam charę oblectamina matris,
Quę poſtquam mihi miſerę iam fatis adempta eſt,
Deniq; nunc nullum licet & ſpectare meorum,
Eſt charus credas mihi nunc hic ille relictę.
Ergo oro nobis ſemper fiat ille quietus.
Vt meminit matris, lachrymis Rex inquit obortis
Subridensq́; tibi nitida hunc vel gemina fouebo
Ipſe & tum deamat ſpeciem mirabilis agni.

TERTIA NARRATIO FABVLÆ.

Sic thalamo iuncti quietus iam uiuit vterq;,
Aurea quod genitrix faciebat fortè beatum.

Sed durat bonum miseris mortalibus vllum,
Fama volat facti varias percurrit & vrbes:
Rex humilis magnus nupsit tenuiq; puellæ.
Audijt hęc etiam triste ac inamabile monstrum,
Felle virens semper sæuo lætumq; dolore,
Aduersum bonis huic est INVIDIA nomen:
Illa colit Regem dirum qui sæuus in alto
Spectatur cunctis ortus ceu fortè cometes
Sanguineus, tristis radijs stans omnibus omen
Inuisum, bonos Reges vexatq; tumultu.
Insuper & audens tristi fera hos increpat ore
Si fuerint mites clamat nil esse sæueros
Si placidi lentos, fuerunt & nisi superbi
Degeneres, uoces spargens sic semper vbiq;
Ac alijs vitam faciens sine fine molestam,
Hęc facit vt cupias si viuere forte quietus:
Curaq; tum tibi in vel sui dura manebit,
Abripere miser manibus post terga reuinctis,
Sæpe velut tenuis rapitur per flumina cymba
Illa etiam sæuos cogit insanire Tyrannos
Dum quod forte gerunt etiã fors parua videntur:
Nam mens nempe malis mõstro est satiabilis ullis.
Dum primum mites vocat sanguine cruentos,
Vel placidum dicens est quiq; iracundior vrso,
Hęc etiam lentum quondam vocabat Iulum,
Impatiens patrię dum tristia bella ferebat.
Vultus hinc fuerit qualis corpusq; nefandum
Dicere quid opus est Nasonis Musa beata,

Dixerat

Dixerat hæc olim, nisi quod fors ipse rubenti
Hanc vidi & vultu pinguem, sed fortasse longo
Tempore sumpsit iam corpus satiata querellis
Hęc igitur cernens vrbes properebat ad altas,
Regis, quo veniens tandem furibunda requirit.
Hoc precor in populo fuerint num nostra sororũ
Agmina? vanitas, stultę petulantia linguę.
Imperiosa cohors, animi suspicio, stulta
Barbaries, ruditas, ac mens furiosa feroxq;.
Quas dum cognouit, tacitò nonnulla locuta,
Mox gignit varios in Regia terra tumultus:
Insanit populus frendet pars magna Senatus
Quosq; putes etiam tum non stultosq; ferosq;,
Clamant stirps inclyta furit iam Regia nobis,
Ah pudet vt factusq; vagę tenuisq; puellę,
Quid fuerat nemo nouit, Rex nempe maritus.
Quid quòd hic etiam fit formidabilis vlli:
Non & bella gerit neq; vllo ex hoste triumphat.
At quondam populo metuendus sceptriger omni
Proch fuerat. Iactant hęc dum sub templa vetusta
Fortè fuit mulier quędam PRVDENTIA dicta
Nomine, magna olim tenuis nunc mendica vbiq;:
Hęc ait ut isthæc pasim iactata videbat.
Quid agitis iuuenes hæc quę tam vana querela?
MANSVETI REGES BONA SVNT RARISsima mũdi.
Obstreperus tum sed vulgus properabat ad arcem,
Regis cum ducibus, Regemq; auertere tentant,
Et clamant cuncti coniugem mitte nefandam.

Ter iuuenis

Ter iuuenis renuit ter dentibus infremit atris
INVIDIA ſcilicet hoc ſic inſuperabile monſtrum.
Nec finis, ſubitò Rex vſq; excaduit ira.
Hei mihi cur teneor ſic AVREA cõpede vinctus,
Cur adeo & inquit ſtrepitu vel vexor inani?
Turba nefanda ſile ſoluam ſocialia iura
Nempe iubes? torus & mihi vt linquatur amatus.
Non facio proch, non dicit cum, chara monile,
Dona viro mittit coniunx ſplendente Smaragdo,
Fortè virens dilectę matris amabile donum:
Quod auro circum verba hęc inſcripta tenebat.
INANES IRAS SEMPER PATIENTIA VINCE.
Vt legit hæc monitus placido ſic ore prophattur
Ferte morã precor hîc poſsim meditari quod ipſe
Quid opus eſt facto, dicens mox inde receſsit.
Interea furor at vulgi uaneſcere cœpit.

QVARTA NARRATIO FABVLÆ.

Hęc furia at cernens ſtrepitus nuteſcere vulgi,
Multa venena legit mox Circeas quærit & artes.
Ac ſubijt primò quoddam miſcere venenum,
Quod paſsim inuiſum per Lætea flumina creſcit.
Hauſerit hęc aliquis patera infuſa nitenti,
Lętus erit primò fiet nil mente moleſtum,
Non ſi crudeli ferro confoſſus obiret,
Illi pater charus mater vel proles amanda
Hic lachrymas fundet metuet nec vlla pericla.
At vbi ſe virus corpus diffundit in omne,

Vincula con-

Vincula continuò cernes laxißima ventris,
Senties & fixum tenui ſub pectore vulnus.
Nec animus duros poterit perferre labores:
Tædia longa bibet mentis miſerrimus ægra,
Reſpuit & facilè mens quę ſolatia poſcet.
Quicquid aget manet hic medijs conatibus æger.
Sępe velut mœſti fruſtra properare videmur,
Cùm nos ſub tacitam vexāt fera inſomnia noctem:
Hęc biberit quiſquis noxas vitare veneni
Atq; cupit, moneo viciato vincula ventri
Nectas dura famę, tum non violento labore
Exerces corpus, penitus mente quieſces:
Delicias fugies quibus natura repugnat.
Inuenit ut igitur ſic defugienda venena,
Per ſceleris famulos ſacræ dat illa puellæ.
Quę bibit hæc vt tum curis mox inde ſoluta,
Et metuens quicq̄ pateram rurſumq́; repoſcit
Gaudens, ſępe velut tenuis geſtitq́; volucris,
Guture datq́; ſonos paruo peritura tenaci
Mox viſco, ſyluis quod tum ſuſpenderat auceps.
Quam dum fortè vidit ſæua hęc ſumpſiſſe venena,
Mox tandem atria furia hæc Regalia ſcandit
Atria, docta artes dabat quas peſsima Circe.
Cum fuit Ocœani iam Sol demerſus in vndis,
Et radiant nitido cumq́; aurea ſidera cœlo:
Mox petit & lectos ſomnos carpitq́; puella
Hos ſed continuò rumpunt ſic ſumpta venena:
Languida conſurgit tandem cùm cernit aniles
Ante oculos vultus triſti nigredine turpes,

Et quales pinxit Nasonis Musa beata:
Illi at post tergum gladios suspicio stulta
Gestat, mox sic quę trepidam & affata puellam.
O' scelerata lues sacrumq́ infamia Regum
Fel, Rabies, monstrum, tum quicquid in orbe est
Inuisum cunctis, dabis num improba poenas.
Dum loquitur sibilat tenuis fit lumina circum
Anguis, qui fundit linguisq́ oculisq́ venena:
Tum etiam procul & charę genitricis imago
Visa fuit, roseo tenuis blandissima vultu,
Spem referens nullam tristis lachrymabile cernens.
Dicere quę visa est ô mihi dilecta propago
Tecta viri repetas celeriq́ hinc curre volatu.
Illa quidem cuperet celeri procurrere gressu
Sumpta venena nocent tenues timor et tenet artus.
Quicquid agit languet frigens miseranda puella,
Protinus ac intrat tristis VIOLENTIA tecta.
Torua tuens, præceps vultu, ructansq́ cruorem.
Quęque manu diuam penitus correpta puellam,
Cyclopicum clamans tectis protrudit ab altis.
Illa volat pulchro cadens velut æthere stella,
Et foret infelix fatis absumpta cruentis.
Cana ast est Thetis casus miserata timendos,
Veliuolis iactam nam subitò hanc excipit vndis,
Exceptamq́ in piscem mutat mitissima pulchram.
Ast furia hæc vultus tenues assumpta puellę
Non tamen vt vellet, per quas modò diximus artes,
Regali thalamo proch insidiosa procumbit:
Quò magis & fallat morbum simularat & audens,
Non patitur

Non patitur tenues interlucere fenestras.
Regina at iam tum Neptunia Regna colebat:
Quę clari & coluit Regalia tecta mariti,
Ignota ęquoreis iam modò nat piscis in vndis.

QVINTA NARRATIO FABVLÆ.

Hæc casu nondum pestis saciata sororis
Extruit exitium fratri nam noscit ab arte
Quid fuerit, dicens famuli sit prandia nobis
Scilicet hoc animal fuerit sic vtile magis,
Iam mea quàm tulerat penè est satiata voluptas.
Infelix puer at casus qui fortè sororis
Conspexit, trepidus celeri pede currit ad æquor.
Germanam & uocat medijs stans tristis arenis,
Chara soror dilecta soror quę mihi perîsti,
Sic misero num nam verba hæc exaudis in undis?
Iam mihi in exitium crudelia cultra parantur:
Impositus mensis manibus laniabor acerbis.
Qua luar aqua feros etiam iam feruet ad ignes
Exacuuntq; veru (misero uę) triste ministri,
Me si chara audis verba hæc nouissima loquor.
Ad vocem fratris mox ea prosilit ab undis:
Purpureo subitò vultu conspecta puella.
Quęq; rosę tenuem pasim diflabat odorem,
At trepidum fratrem teneris complexa lacertis,
Luminibus diua & spectans lachrymabile pulchris.
Quid Germane inquit quid ô dilecte ferebas?
Quę dum fors loquitur uiditq; hanc ipse maritus
Atonitusq; inquit quę tam miranda videmus?
Est mea nam coniunx isthæc, est certè, decentes

Perfuſus lachrymis oculos, ô noſtra voluptas
Quid agis hîc clamat? demensq; ad litora tendit.
At ea mox celeri curſu prorumpit in ęquor:
Innuerat ſic nam ſæuus Neptunus amanti.
Ac abiens dixit vale, iam iam mihi perennè
O dulcis coniunx, aliò nos fata propellunt
Sic ſępe in ſomnis ſpecies diſcedit amata.
Hic ſubitò largo lacerabat lumina fletu,
Ac propius veniens digitis quę fortè gerebat
Anula deponit gemmisq; auroq; decora.
Quorū vnū lachrymans immēſum iactat in ęquor,
Hic adamante nitet formoſi ſideris inſtar
Te mihi meq; tibi dicens chariſsima quondam
Dum licuit iunxit coniunx Adamantinus ignis,
Hactenus inuicti carpe hęc monumenta fauoris.
Fors ea, quæ & ſenſit ſe videtq; retectum,
Hoc vultus veros monſtrum mox induit, & ſe
Vltro offert Regi, qualis ſub tectis Auerni
Eſſe ſolet, viſa hac iuuenis mox palluit ore,
Pulſo timore ferum penitus mox corripit enſem,
Sponte venis tandem noſtrum fons omne malorū?
Dicens ingenti feruens motusq; dolore.
Viſcera mox rutilum vibrat ſub triſtia ferrum
At ea vi proh non penitus tunc vincitur ulla
Protinus inuocat ſtygia de valle ſorores.
Sępius in caſum tollit gladiumq; coruſcum:
Sic iuuenis magis namq; hinc ſuccreſcit in altum
Donec dicta nuper ſenio rugisq; verenda,
Nempe anus eſt Regis caſus miſerata dolendos

Quæ tech.

Quę technis monſtrum variȷs mox occidit illud.
Hęc moriens pectus multorum in pectore condit
Atq; pedes linguę inuertit proh triſte venenum
Pallas ſed lachrymans caſus miſerabilis agni
Pacificum in ramos animal tum vertit oliuę.

FINIS Metamorphoſeos.

EPITAPHIUM MAGNIFICI *NICOLAI DE KOBYLANY CASTELLANI RoSPERIEN. Autore Alberto Widauiano.*

Perlege noſtra vides quicunq; ſepulchra viator,
Quæ lapis hic omni parte notatus habet.
Hîc ego qui nuper tot dotibus auctus habebar,
Ante diem vili mortuus abdor humo.
Nec dum contingerant noni confinia luſtri,
Atrę cùm ſenſi mortis adeſſe manus.
Qui fui ſpes liberorum & ſpes non parua parentis,
En iaceo: mecum ſpes ea tota iacet.
Et licet illuſtri natus de gente fuiſſem,
Et coniunx fuerit Stemmate ſanè claro
Nec mihi defuerint felicis commoda vitę,
Nec mihi blanda ſuas forma negarit opes.
Meritò felix & iure beatus habebar,
At nihil æternum fragilis orbis habet.
Quæ ſteterunt modò firma, ruunt: ut tēpore verno
Flos cadit aduerſi quem ferit aura Noti.
Sic ego tunc iacens per aliquot temporis horas,
Cùm mundo dixi morte coactus, vale.
Sed quoniam hæc voluit fieri diuina voluntas
Nec decet ſummi cedere iuſſa Dei:

Deuotè te precor vt defunctum misera morte,
Suscipias Regno maxime Christe tuo,
Vt promissa sibi coelestis gaudia vitę,
Præsenti tecum capere mente queam.
At cùm præmia sint coelestia Regna piorum,
Atq; per mortem ianua vera patet.

HERMANI BVCHSII PASIPHILI IN ERASMVM Coloniam recens ingressum.

Dic puer, Erasmum Cupido quis nunciat illum
Aduenisse mihi, quis nam hęc mihi gaudia portat?
O' festum lętumq́; diem, si vera locutus.
Si non hæc vano mendax confinxerit ore
Quisquis is est tandem. Credamne,vt venerit ille,
Ille inquam Erasmus, cui Roterodamica tellus
Tam debet,docta sua quàm Verona Catullo.
Quàm tribus Hispanis vrbs inclyta debet alumnis
Ausonio fundata duci: quam Bulbilis alta,
Cornipedum gregibus fęcunda,& fortibus armis.
Ingenio debet culti celeberrima ciuis.
Quam cantata suo debet Meuama vati.
Parthenopequé suo,sontes qui carmine Thebas
Eruit, & syluas plectro modulatus eburno,
Magnanimũ in Throas,& ĩ Hectora mouit Achilẽ
Quàm Sulmo tibi Naso tener,quem barbarus Ister
Braccatiqué Getę cygnea voce cauentem,
Tristia, fleuerunt. quàm Mantua prisca Maroni:
Quo duce Musarum meruit domus ipsa vocari,
Et fama pulsare polos, & sidera laude:
Omnequé venturę spacium superare senectæ.

Estńe ille

Estne ille Erasmus, modò quem venisse loquuntur
Ipsis qui solus possit certare Latinis?
Quem probat, extolitque virum clarissimus ordo
Pontificis Romę: qui limina scandit in ostro
Quemque per Italiam passim lectissima turba,
Cordaque suspiciunt doctissima Graiugenarum.
Qui sibi quesiuit nomen, per Gallica Regna,
Hispanumque Tagum, per Hibernica litora, perque
Orchadas, & nostro semotos orbe Britannos.
Terrarum Reges quem fuluo munere iungunt
Conciliantque sibi, quo fante ignobile ducunt
Eloquium, Pylię quod fluxit ab ore senectæ.
Quo citharam tendente, & Apollinei peragente
Officium vatis, stupet ad carmina Phœbus:
Calliopeque sui gemitu reminiscitur Orphęi.
Venit certa fides, vidi, uidi ipse cupitum
Optatumque mihi toties, occurrere vultu
Hospitis egregij, dextramque amplexus inhæsi.
O blandi mores, ô fandi exacta facultas,
Quanta vetustatis linguæque scientia docto
Quanta vtriusque viro? quantum discessit ab illo
Barbaries, ruditas, ignaua superbia, liuor
Degener? immò alios multos secum attulit ipse
Diuersos comites, grauitas sine nube renidens,
Ingenuusque lepos, Pytho, Charitesque sorores,
Pegasidesque omnes gressus comitantur euntis
Florenteisque rosas gestans, posita Egide Pallas.

PIERII VALERIAni ad sodales Patauij Philosophantes.

O felix torus ô beata mensa,
Quam tot suauiloqui beant Poëtæ:

Quam

Quam tot Socratis æmuli frequentant.
Canalis citharæ decus supremum
Cultus Nauiger, elegans canorus
Emunctus Tripho: perpolitus, acer,
Motensis: uehemens, & eruditus
Expromptus Maro: floridus, decorus,
Borges: grandiloquus uenustulusq́;
Nardinus: grauis, integer, seuerus,
Comis Lampridius facetulusq́;.
O felix torus ô beata mensa.
Verum ut sit numero undecunq; felix,
Musarum numero decenter aucta,
Donec quæ mereat sequatur umbra,
Nonum accipite hinc Valerianum.

EODEM PIERIO VALERIANO AVTORE
Hermolai Barbari pictura.

Peregrine ciuis nate in urbe & aduena,
Quicunq; adoras templa Musarum sacra,
Huc in beatæ etsi occupatus Vrsulæ
Diuerte cultum, hîc à sinistra suspice
Inter sacratos hinc & inde Præsules,
In purpurata ueste nobilem uirum.
Quid fronte prima iam ominaris maximum?
Viua hæc imago Hermolai Barbari:
Aciem sacrasti ne prophana uideris.

FINIS.



